

1978

N

12

[103]





78 N 12 [103]

V I R O

MAXIME REVERENDO AMPLISSIMO  
DOCTISSIMO

DOMINO

M. THEODORO

CRÜGER

PRIMARIO KIRCHHAYNENSIVM PASTORI  
MERITISSIMO AC SCHOLAE EPHORO  
GRAVISSIMO  
SYMMORVM IN THEOLOGIA HONORVM  
LICENTIAM

WITTENBERGAE D. VII. IDVVM APRILIS a<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> CCXXVIII.  
POST SPECIMINA

MORE A MAIORIBVS RECEPTO  
SOLENNITER EXACTA

IMPETRATAM

DE VIRTUTE NON SATIABILI

PAVCA PRAEFATI

GRATVLANTVR

CVLTORES NOMINIS EIVS STUDIOSSIMI

M. CASPAR ABRAHAM WEISE Finsterwaldensis.

IO. GABRIEL SVSSE Uffhofio - Thuring.

Sacrar. Liter. Cult.

SAMVEL BENIAMIN KNESCHCKE

Verfehov. Luf. SS. Theol. Stud.

CARL RVDOLPH WESTHOFF Poucho-Sax.

Iur. Stud.

PHILIPPVS CORDATVS Saxo I. V. Stud.

WITEMBERGAE,

LITERIS AVGVSTI KOBERSTEINII



Kapsel 78 N 12 [103]

AK



rescit amor rerum, quantum ipsa scientia  
crescit,  
Artibus haud uirtus exsaturatur edax.  
Est animus noster densa caligine mersus,  
In simulacrum lucem nos tulit alma parens.  
At uero tenebris idem resolutus iniquis,  
Artes per multo Palladis egregias,  
Delicias sentit tacitas in pectore laeto.  
Quid mirum tales posse sitire magis?  
Rebus enim docilis mens delectata beatis,  
Expetit ista, quibus perficiturque magis,  
At datur ex studiis animae perfectior usus,  
Obletamentum nobile pectus habet.  
Gaudet inescatum penetrare per ardua rerum,  
Nititur, ac operas ardet habere graues.  
Fallor? an haec CRUGERE eadem TIBI meta laborum,  
Quos solers toleras, ultima fixa fuit?  
Exempli uirtutis inexhaustibilis ampli  
In TE censemus nos reperisse satis.



Namque diu perfecta TIBI doctrina sedebat,  
Rite ut muneribus praeficerere sacris.  
Quot uigiles sed adhuc duxisti saepius horas  
Cum somno dandum debile corpus erat?  
Quotque dies studiis tantum largitus amoenis,  
Mens lassata tamen cum recreanda foret?  
Scilicet, ut posses in rerum quaerere porro  
Causas, quas felix eruit ungue labor.  
Umbris ut sopita malis raperes in apricum,  
Abiiceres dubium, torta soluta dares.  
Multa quid? in cumulos decumata scientia creuit,  
Sollicitus rerum sed TIBI crescit amor.  
Vinitor inflexas bene qui praecidere uites  
Calluit, is laetus dulcia uina legit.  
Miles et in pugna et post pugnam praemia portat,  
Mox datur herba uirens, moxque tropaea locant.  
Sic uirtus stadium decurrens, ferre coronas,  
Quoque sat emenso, siveit, habere nouas.  
Praemia uirtutum capis, o VIR SVMME! TVORVM,  
Post operas centum, post totidemque moras.  
Nec dubium nobis, quin longe plura sequantur,  
Sunt hae, quas uirtus fert TIBI, primitiae.  
Cur ea, miramur, placeat tam prendere sero,  
Quae nosti multo iam patuisse prius?  
Nonne TIBI toties iniurius ipse? recusans  
Praemia, queis dignus quippe diu fueras?  
Dignus, quem similis praeclaræ mentis imago  
Res ad conspicuas nutrit atque tulit.

Dignus, facunde quod Daedala scripta loquuntur,  
 Hinc quae per linguas, inde manusque uolant.  
 Dignus, quod TVA fat doctrina recondita fatur,  
 Plausu quam iuncto grexque ducesque probant.  
 Passibus at lentis tantos sectaris honores,  
 Gloria ne forsan praecipitata ruat.  
 Iussu quiae ruat REGIS munita POTENTIS?  
 OPTIMVS O PATRIAE fertur in idque PATER.  
 Recta DEVS qui cuncta probat, VIR SVMME VERENDE!  
 Ausibus omnipotens annuit ipse TVIS.  
 Qui ruat ergo decus partum munimine trino?  
 Fortius en trino gloria quid timeat?  
 Sic bene. Gratamur, summi per secula honores  
 Virtutis durent, utere salvus eis!  
 Utere, pastor oues uerbo factisque docendo,  
 Omnis frangendo fortiter hostis opus.  
 Utere, cuncta nouo, quae curas, pondere tentans,  
 Utere honore alacri cum grauitate nouo!  
 Iuncta semel remaneto TIBI fortuna secunda!  
 Quippe, cui ista fauet, sponsa petita manet.



78 N 12, Vogel (103)

ULB Halle 3  
003 775 879



1019







78N 12 [103]

V I R O  
 MAXIME REVERENDO AMPLISSIMO  
 DOCTISSIMO  
 DOMINO  
 M. THEODORO  
 CRÜGER

PRIMARIO KIRCHHAYNENSIVM PASTORI  
 MERITISSIMO AC SCHOLAE EPHORO  
 GRAVISSIMO

SVMORVM IN THEOLOGIA HONORVM  
 LICENTIAM

WITTENBERGAE D. VII. IDVVM APRILIS ab Io CCXXVIII.  
 POST SPECIMINA

MORE A MAIORIBVS RECEPTO  
 SOLENNITER EXACTA

IMPETRATAM

DE VIRTUTE NON SATIABILI

PAVCA PRAEFATI

GRATVLANTVR

CVLTORES NOMINIS EIVS STVDIOSISSIMI

M. CASPAR ABRAHAM WEISE Finsterwaldensis.

IO. GABRIEL SÛSSE Uffhofio - Thuring.

Sacrar. Liter. Cult.

SAMVEL BENIAMIN KNESCHCKE

Vetehov. Luf. SS. Theol. Stud.

CARL RVDOLPH WESTHOFF Poucho-Sax.

Iur. Stud.

PHILIPPVS CORDATVS Saxo I. V. Stud.

WITTEMBERGAE,

LITERIS AVGVSTI KOBERSTEINI.



Kapsel 78N 12 [103]

AK

